Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47060
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

## Caspatus Abbas Decimus 4tus.

Annus Chri 1481. usqs ad 1484.

Anno Domini 1481. 4 Augusti, resignante D. Georgio Abbate decimo tertio, subrogatus est F. Caspatus Marcht de Veldkirch in Abbatem decimum 4tum domus huius.

Sedit (laude venigua) annos duos, menses 9. diem 1.

Obiit Anno 1496. 10 Aprilis.

Sepultus in Civitate Wallenstat in Helvetia.

Construxit Abbas iste Bibliothecam.

Fuit iste Caspatus, postem iam resignaverat, postulatus in Episcopum Vriensem, cui postulationi Reus Generalis per literas assensit.

## S. Pontifex.

Sixtus 4. qui fuit Beatus, Ordinis Minoru Generalis Minister. sedit annos 13. d. 9. Obiit anno 1484.

## Cesar.

Fridericus dictus.

## Comes Tyrolis.

Sigismundus.

## Bernardus Abbas decimus quintus.

Annus Chri 1484 usqs ad 1501.

Anno Domini 1484 Sexto Maii electus F. Bernardus Welsch Prior decimum quintum Abbatem Monasterii huius.

Sedit 13 laudabiliter annos 17. menses 3. dies 13.

Oriundus fuit de Nördlingen, et ingressus è Monzium Ao 1437 in octava S. Bernardi, 9o anno et ordinatus è in Acolythum Augustae Vindelicorum Sabbatho S. Paschatis.

Propter senium et corporis debilitatem voluntarie cessit ab officio Abbatiae Anno 1501. 29 Augusti, cui bene è Monrio merito R. D. Georgius Abbas Cesariensis fecit provisionem.

Obiit eodem anno 29 Novembris.

## S. Pontifex.

Innocentius 8. Germanus, qui creatus è papa 4 Cal. Nov. Ao 1484. obiit 8 Cal. Aug. 1492.

Alexander 6. Valentinus Hispanus, factus papa 7 Cal. Nov. 1492. Obiit 12 Cal. Nov. Ao 1503.

## Cesar.

Fridericus, qui obiit Ao 1493. mense Augusto.

Maximilianus primus. 9 fuit filius dicti Friderici. Electus in Regem Romanorum patre adhuc vivente, Ao 1486. cal. Martii, ideoqs ab illo regnavit annos 7. m. 6. d. 4. celebrat nupcias cum Maria Blanca Oenipanti 1493. 18 Martii.

## Comes Tyrolis.

Sigismundus. ~~qui obiit~~ Oenipanti in palatio suo pridie Nonas Martii Ao 1496.

Archidux iste sepultus fuit in Monrio nro Stambs apud maiores suos.